

F.K.
119
3.

II n
4983

De Penadis variis regni Britannicæ

ANGLIAM,

MAGNI

Cum gloriosissimâ Domo Austriacâ,

FOEDERIS

SOCIAM,

Ejusq;

Auspicatisimos hactenus contra

Hostes Progressus,

In Gymnasio Magdalenæo

D. XXVI. Novembr.

Horis ab octava matutinis,

Levi penicillo adumbratum iri,

intimat,

Ad eandemq; Operam observandam

Patronos, Fautores, Amicos

Debito Cultu & Honore

invitat,

Simon Titius.



VRATISLAVIÆ,

In Officina HEREDUM BAUMANNIANORUM,

Typis JOHANNIS JANKIL.



LECTORI
Litterarum humaniorum Patrono benivolo,
Fautoriq; candido
Salutem, Observantiam, Amorem!



Artibus hujus Universi animi oculis, dum corporis non licet, favente divinō Numine, ante quinquennium colustrari cœpris, unicaq; Asia, antiquitate præ cæteris famigeratissimā, quinq; *diabæis* hæctenus absolutā, certamen nunc fit inter reliqvas tres (novissimis duabus à Magellano Magellanica, simul & reliqva Australi adhuc incognitā omnis) quanam earundem mereatur prærogativam. Nos, cum illis, qui divinā gratiā humanioribus tincti sunt literis, cui meliori jure adscriberemus, quam illi, quæ licet generaliore significatione patriæ nomine veniat. Adeoq; cum superiori anno, ex China, Asiæ limitibus orientalibus, per inferius Hemisphærium, Americam prius salutare, vel meditationibus nostris invadere potuissemus, ibidemq; nuditatem, ruditatemq; cum idololatria, (ut ne quid pejus dicam) incolarum contemplari; movit tamen nos felicissimum fœderatæ magnæ, cum Domo Austriacâ gloriosissimâ Anglico-Belgicæ Societatis Auspiciis, quo, sic Cælo annuente, Magno, ac nunc B. M. Parente LEOPOLDO volente, ac decernente. Serenissimus Ipsi G. GNATUS, (sub Comitatu, visibili quidem Anglico, ast tamen, & procul dubio invisibili Angelico, superatis horrendis maris fluctibus, primum satis adversâ fortuna, felicissimo tamen deinde eventu) CAROLUS III. legitimus Coronæ Hispanicæ divinitusq; missus Hæres, Monarchiæ Hespericæ, exhibitus est. Movit, inquam, nos hæc tam auspiciata occasio, ut meditationis nostræ series ex Asia in Europam traduceretur, simulq; ejusdem Caput Hispania primam contemplanda susciperetur. Quo pio (quod nobis videretur) munere exantlato. denuo curæ nobis cordiq; fuit perpendere, num prius adversariam Galliam, an Auxiliarem Angliam, pro hac nostrâ Scholastici exercitii functione considerandam capefferemus. Res tamen visa æqvissima, si in illam terræ oram oculos flecteremus, ejus fidei fœdere non solum Cæsarea Propago ad amplissimam potentissimamq; Monarchiam fuit promotæ, sed quæ & toti Germaniæ maximo adhuc adest auxilio. Ipsum itaq; Actus hujus nostri objectum esto, [quod Felix Faustumq; sit] Angliam, quam magnam Britanniam alias nuncupant, & quæ talis, quam ut habet Dionys. Af. in Orb. descr. *ὁδὸς ἴσθμῳ Νήϊου ἐν πλάσσει Βεβελαιῶν ἰσοπλαγῆς* hoc est totius orbis Est omnes inter par Insula nulla Britannicis; & quæ undiq; à vicinis regionibus commodo intervallo disjuncta, gremiisq; passim patentibus, Universi Orbis commerciis opportuna, & tanquam ad juvenidos mortales avidè felicissimo. Pluribus de ipsius Bonis, quibus eam Natura exornavit agit Oratio proluxissima Illustris Baronis Eubesvaldiæ in Consultatione de Principatu inter Provincias Europæ celeberrimi olim Tubingensium Professoris Thomæ Lansii. Ut vero, quod in more est positum, sveto hic fungar munere, isthoc mihi pro chartæ spatio, sumam negotii, ut diversas illius Periodos brevissimis recenseam, donec ad moderna tempora Serenissimæ Reginæ Annæ, perveniam, & quæ hæctenus ab ipsâ pro felicissimi regiminis momentis, gesta sint, exponam.

I. Prima v. utut dubio procul fabulis plurimam partem mista fuisse videretur, BRITANNICA, quæ initium habuit à Bruto illo Veteri usq; ad Cæsarem, quam præter alios Joh. Prifci Defensio Britannicæ Historiæ eruit; Britanniam vero

qvi

qui mortales initio coluerint indigenæ, an advecti, ut inter barbaros, Teste Tacito, parum compertum.

II. ROMANA à Cæsare usq; ad Constantinum M. quæ (exceptâ Cambriâ) Romanorum potestati fuit subiecta, ut ex Cæsaris Commentariis L. IV. V. VI. elucescit. Cum v. sub Constantino M. Britannia Romano milite nudaretur, relictâ verò amplius: se defendere non valent, eandem nolentes volentes deserere sunt coacti. Præferim cum etiam Theodosii tempore legiones præsidiaq; Romana ad Galliam defendendam accerferentur.

III. SAXONICA. Inermi enim ita Britannia relicta hanc occasionem Scoti Pictiq; ulteriorem Insulæ partem, quæ nunc Scotia est, incolentes arripuerunt, citrioremq; id est Angliam invaserunt. Hi igitur eâ tempestate adhuc Britanni dicti ab illis summpere divexati, cum impetum eorum nec sustinere, nec eidem resistere possent, Anglos & Saxones à Germaniâ in auxilium vocarunt; hi vero postmodum hospitio ac fide violatis, Britannos domibus agrisq; pepulerunt. Quo facto pars in extremum Galliæ Angulum se receperunt, nomenq; suum inulerunt, pars intra montana, ubi nunc Wallia est, loca satis munita, contra; hostium impetum tuta concedentes, ad hunc usq; diem præscam Britannorum gentis linguam conservare creduntur. Carolus a. M. Saxonum occiduorum Rex constitutus, Cantianis, Northumbris, & Saxonibus orientalibus sibi subiectis sanxit, ut omnis illa regio victrix æquæ ac victa uno nomine Englesand (Anglia) diceretur, ipsiq; incolæ Angli vocarentur. In illo deinde Angliæ regno orta est Regulorum Heptarchia Anglo Saxonorum, quam Normannorum exceperere tempora; exindeq; & Lingvæ Anglicæ cum germanicâ nostrâ contracta est affinitas, quam Periodum inter alios notavit Joh. Seldenus in Analecto Anglo-Britannico Francof. Anno 1655.

IV. DANICA. Dani enim totis 305. annis Angliam variis invasionibus misere vexarunt, gravi tributo illis imposito. Angli vero etiam è contrario ad Danos reprimendos Danegeldum h. e. pecuniam pro alendis contra Danos militibus annuatim colligendam excogitarunt, neq; expeditiones Danorum tam dominandi, quam prædandi animo instituebantur, donec Sveno, Rex Danorum in Angliâ imperii initium circa annum 1008, faceret, in cuius posteris vero hæc imperii iacta fundamenta non continuarunt; usq; dum tandem regnum ad Eduardum Confessorem Ethelredi Regis è Saxonum Familiâ devolvebatur. Fecit enim hujus Regis Pietas, ut & Sanctus haberetur, unde & hodiernum Confessor audit, & vestes & Sceptrum cum Columbâ, quæ ætas ipsius pacifica notata fuit, inter regalia servantur. Hic Baraldo Svenonis atnepote, morte multato, Wilhelmum Conquestorem Successorem suum constituerat, quo regnante initium cæpit.

V. Periodus Normannica. Rex itaq; ille cum alio non posset modo, vi armata illam subjugavit, cessavitq; tum Saxonicum, tum Danicum imperium, simulq; prædæ ac Vastationes, quæ trecentis & 30. annis incolæ coangustaverant; hujusq; in familiâ quoq; regnum Anglicanum conservatum fuit. Sed hoc de Periodis dixisse sufficiat, cujus locum suppleat gloriosissimæ Reginæ Annæ memoria, quæ felicissimâ olim Elisabethæ æmula, rerum jamjam gestarum encomio in quibusvis candidis pectoribus merito etiam atq; etiam evehenda. Et hoc, cum præter alia, nostri cæstini sit propositi à vobis, Patroni, Fautores, ac Amici, pro Dignitate ac Benevolentia omnimodâ maxime suspiciendi ac observandi, cum Juventute fidei nostræ coeredita, ea quæ decet submissione ac humanitate oratum accedimus, ut Scenam nostram ærastino mane ab horâ octavâ matutina honorificentissimâ vestrâ, ac benevolentissimâ Præsentiâ illustrare, exornareq; haud gravemini. Pro quo singulari Honoris Favoris, ac Amoris magmento nostrâ submissâ paratissimâq; officia nunquam non spondemus promptissima P. P. VII. Calend. Decembr. A. O. R. MDCCV.

Re-

FK II n 4983

X 3047298

W 18.

Rerum & Personarum Designatio.

- I. Geometra, *Joh. Christoph Seydel* / *Vrat.* ad Exemplum Archimedis olira, in Militem; *Joh. Christoph Kotsch* / *Carlicens.* circulos sibi iurare conantem invoheret; amoremq; postmodum hujus studij excitabit.
- II. Socius Geometre prioris *Joh. Benjamin Schupelius*, *Olsnens.* alterum Militem, *Augustin. Preuß* / *Crosnens.* demonstrationibus suis emolliet, sibiq; pronum reddet.
- III. Fama, *Joh. Friedr. Dierich* / *Vr.* Quatuor Mundi Partibus Asia, *Gottl. Wilhelm Keller* / *Vr.* Europa, *Joh. Zhiel* / *Vr.* Africa, *Christ. Friedr. Schmidt* / *Vr.* America, *Beniam. Gottelieb Handke* / *Vr.* de prerogativa secum altercantibus, *M. Leopoldi.* invictissimi Romanorum Imperatoris *B. Anafyn* annuntiabit.
- IV. Felicem haectenus contra Gallos Expeditionem Summorum cum Gloriosissima Domo Austriaca Federatorum recensebunt *Anglus Joh. Gottfr. Meyer* / *Festenbergens.* Belga, *Ernestus Christianus de Rothenburg* / *Lq. Siles.* Praefectus Classis I. *David Gottfr. Neutirch* / *Franstad. Pol.* Praefectus. II. *Joh. Christoph. Hillger* / *Vrat.* advocatis ad se nonnullis Tyronibus, qvi Emblemata varia, ex machina pyrotechnica Hagæ Comitum in aëre visa, cum Inscriptionibus Latinis, iisq; germanicis verbis expressis, proponunt. *Christianus Friedr. Schmidt* / *Joh. Augustus de Rumberg.* *Andr. Ulrich* / *Joachimus Jünisch* / *Ernst Balchaler* / *Erst* / *Joh. Gottl. Scholz* / *Christian Gottl. Gottwalt* / *Joh. Adam Scholz* / *Ernst Christfried Schmidt* / *Vrat.* Theologus, *Christian Gottfried Rippfender* / *Vr.* deditioem Propugnaculi Venloæ Urbi Jericho comparabit. Mercator Moneram Emblematicam Josepho Victori Sacram à se visam cum inscriptione eleganti indicabit, *Andreas Ratsch* / *Ravicens.* *Polon.*
- V. Neprunus, *Johann. Augustus Wegel* / *Dresdens.* *Anglus Siegmund Baumatz* / *Vrat.* Belga *Samuel Känd* / *Vrat.* de Classe argentaria Gallis eripienda. choro earmineq; germanico consilium ineunt; quibus discedentibus, Nuncius *Joh. Christoph. Regler* / *Vr.* de Classe argentiferâ, ab Anglis & Belgis captâ, iteras Mercatori *Danieli Godofr. Ducio Bregensi*, exhibet quiq; eadem bona nova cum Socio *Christiano Peterwiz* / *Svidniocens.* communicat.
- VI. Politici sex quaestionem de Gynæcocratia ventilant, affirmativamq; pro statu moderno Anglico pronunciant, *Christianus Gustafredus* & *Joh. Adam. Domarati*, *Brengens.* *Christians Murave*, / *Vrat.* *Adam Gottlieb Charisyn.* *Svidniocens.* *Ernst Friedr. Seydel* / *Vrat.* *Carolus Weiss* / *Festenbergens.*
- VII. Quatuor Observatores Discursus antecedentis solemnissimam Coronationem Reginae Anglicæ Annæ referent. *Gottl. Friedrich Rippfender* / *Vrat.* *Ernst Gottfr. Schultze*, / *Vrat.* *Joh. Christoph. Jünisch* / *Capri-Montan.* *Petrus Gottl. Terburg* / *Curavia Siles.*
- VIII. In Gratiam duorum Peregrinatorum *Gottl. Enech Jönisch* & *Michædis Mauririus Hoffmanni*, *Pratislaviensum.* de admirandis Nature in Regnis Angliæ Scotiae & Hiberniæ & recessiones & judicia proferentur ab Anglo, *Johann. Caspar. Gottschalk* / *Vr.* *Scoto,* *Carolo Babenzin.* *Juliburg.* *Hibernis* duobus, *Joh. Gottfr. Fiedler* / *Vr.* & *Wilh. Stoppe,* *Festenberg.* *Historico.* *Christian. Wilh. Heinrich Beroloffad.* *Anglo,* *Georgio Einsporn,* *Festenberg.* *Sam. Gottl. Scholz* / *Physico,* & *Theodoro Krause* / *Antiquario,* *Schvidniocensibus.*
- IX. Reginae Angliæ, *Friedr. W. H. Reusner*, / *Vr.* Statum modumq; Triplicis Regni delineabunt, *Thalassiarcha Michael Lange* / *Vagendrisselio.* *Hung.* *Archi-Episcopus Joh. Gottfr. Linke,* *Wolavienf.* *Archi-Cancellarius,* *Martinus Jungius* / *Woldenberg.* *Marchicus-Archi-Theaurarius.* *Sam. Koch,* *Pratislav.*




nc.

...anis regni Britannicæ

A
Cum

IAM,
omo Austriacâ,
CRIS
AM,
tenus contra
ressus,
agdalenæo
vembr.
matutinis,
abratum iri,
n observandam
ces, Amicos
Honore
tius.



VRATISLAVIÆ,
In Officina HEREDUM BAUMANNIANORUM,
Typis JOHANNIS JANKIL

